

Q.K.  
3937.

Q. D. B. V

SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI  
DOMINI

362  
II  
1486

CHRISTIANI. FRIDERICI. CAROLI  
ALEXANDRI

MARCGRAFII. BRANDENBURGI. DVCIS. PRUSSIAE

RELIQVA

INCOLVMEM. REDITVM. SVIS. EXOPTATISSIMVM

V O V E T

CVRIANVM

OPTIMO. PRINCIPI

DEVOTISSIMVM

CVRANTE

PROCERVUM. CIVIVM. Q. CVRIENSIVM

PIETATE

D. XXVIII. APRILIS. A. R. S. CICIOCCCLXXVIII

PRAEEVNTE. QVO. DECET. CVLTV

GYMNASIA. RECTORE

PAVLLO. DANIELE. LONGOLIO

PROLVSIONE

DE. BOIIS. CORNELIANIS

---

CVRIAEC. REGNITIANE  
LITERIS, IOANNIS, ANDREAE, HETSCHELII





## DE BOIIS.

### INDEX DICTORVM.

- |                                |  |
|--------------------------------|--|
| §. I. Boiorum nomen            | §. X. Eorum Boiem⁹                               |
| §. II. An a boi?               | §. XI. Marabodui?                                |
| §. III. An a byan?             | §. XII. An in Bohemia?                           |
| §. III. An a Boie?             | §. XIII. Vertus Pannoniam.                       |
| §. V. An a bois?               | §. XIII. Quorum Boiodurum.                       |
| §. VI. Vbinam Corneliani?      | §. XV. Forte Bidaium.                            |
| §. VII. Quid eius vteriora?    | §. XVI. Hinc Boii pro Os⁹ Tacito re-<br>stituti. |
| §. VIII. Trans Rhenum?         |  |
| §. VIII. In Lugdunensi Gallia? |  |

§. I. Cum in indagandis gentium sedibus non nullum momentum  
facit earum nominis notitia, fuit, qui 1.) notaret Clauerium  
2.) Boiorum nomen 3.) non explicuisse.

§. II. Nomen Boiorum origine Germanicum esse, veri simile est,  
quod boi iuuenem, einen Jungen maioribus nostris significasse ex Anglo-  
saxonico

§. I. 1.) Wachter in Gl. Germ.  
Tom. I. v. Boheim p. 188.  
2.) Ant. Germ. Lib. III. Cap. XXX.

3.) A quo aliena congesit Schmin-  
kus ad Goldasti Bohemiam Lib. I. Cap.  
III. §. 3. p. 42. (2)

saxonico coniici potest, cui hodiernum Germanicum *Bube* vel „*Bueb* respondet.“ 1.)

§. III. De eo igitur sollicitis responderit quispiam, 1.) „videri Boios denotare colos, quoniam *byn* Anglosaxonibus est *colere, habitare, aedificare, possidere.*“ Quaenam vero gens id negligat?

§. III. „Boii, vti aliae gentes tantum non omnes, a duce vel rege *Boio* quodam nomen gerunt,“ est, 1.) qui satis audacter scribit, cuius tamen documentum plane nullum protulit. Imo ego in omnia alia discedo ipso eius sententiae auctore non temere statuente, 2.) Boium Alemanni regis Teutiscorum filium fuisse.

§. V. *Boiorum* nominis incunabula quis non sine ambagibus deprehenderet in Gallofrancorum adhuc ore versante *bois*, si *Boios* pro Gallica gente habeat, si pro Germanica, in Teutonom *būsch*, Belgarum *bosch*, Italorum *bosco*? Ea, quae *filuum* indicant, 1.) tribuit iis auctor antiquissimus Posidonius: 2.) ΒΟΙΟΤΣ τὸν Ερυνιον δέμητρον αἰκεν προτερον. Num est hoc 3.) „in re seria in incertum ariolari?“ Cur fidem apud intelligentiores non inueniat, 4.) qui *Boiorum* adpellationem inde deducit? 5.) Ad hanc rationem petunt quidam *Cheruscos* ab *Harz*, 6.) vt *Peucinos* a genere arborum, quod *πευκη*, 7.) *Tribocos* a tribus sagis, quae arbores nostratisbus *buchen*. 8.)

§. VI. Longum est, nec refert iam mea, *Boiorum* annales 1.) et  
\* 2) migratio-

§. II. 1.) Ut Leibnitius in Praefat. ad Adlzreitteri Annal. Boic. sentit.

rum meorum Cap. III. Sect. I. Int. II.  
§. 19.

§. III. 1.) Wachter l. c.

7.) Hoc vero agens de Pinifero Cap. II. §. 12.

§. III. 1.) Meier de Boiorum Mi-

grat. p. 3.

8.) Auctore Cluuerio in Germ. An-

2.) Cum Auentino Annal. Boior.

tig. Lib. II. Cap. XI.

Lib. I. Cap. VI. §. 25.

§. VI. 1.) Quales composuere Auen-

§. V. 1) Interpreti Wachtero v. *Busch*

tinus, Adlzreitter, Brunner, alii, quorum

P. 233.

mentionem facit Leibnitius in Praefat. ad

2.) Apud Strabonem Γεωγραφ.

Adlzreitteri opus. Exstant Velseri Rerum

Lib. VII. p. 450.

Boicarum libri quinque. Illis vero cun-

3.) Ut cenfet Adlzreitter in Annal.

ditis palman praeripiet Academia Scientiarum

Boic. Gent. Part. I. Lib. I. Cap. II.

Electoralis Bauarica, si eo ardore,

4.) Quod frustra metuit supra no-

minatus Meier.

5.) Quem ad modum Ertelius in

Relat. Curios. Bauar. Relat. I.

Volumina XII. prodire, et Observations,

6.) Ceu monstrauit in Hermunduro-

quarum X. Volumina variis generis. Ceterum no-

do latere esse apud me Wigulei Hundii Bay-

risc



migrations 2.) tradere. Meae partes non desiderentur in enarrando Cornelio. Eos scribit 3.) *ulteriora Boios tenuisse.*

§. VII. Quo referunt se haec *ulteriora*? Ad *Heluetios*, quae *citeriora tenuere*. 1.) Vtrumque tradit, qui Romae, non in Gallia Belgica, ut quidam sibi persuaderi erant passi, vitam degebat suam.

§. VIII. Iam progredere Roma per Galliam Cisalpinam ad *Heluetios*, 1.) ultra quos *Boios* Cornelianos quaeras. Horum „eos, qui trans „Rhenum incoluerant, et in agrum Noricum transierant, Noreiamque obpugnauerant, receptos ad se socios sibi adsciscunt“ *Heluetii e finibus suis exituri tam, cum Iulius Caesar 2.) in Gallia Transalpina bellum gereret. Iuuat quam maxime „aduertere animum 3.) ad locum, „vbi Caesar composuit commentariorum illorum de Bello Gallico pri mos, scilicet in itinere per Alpes ex citeriore Gallia conuentibus persactis ad exercitum cum rediret. 4.) Ergo trans Rhenum eae potissimum terrae erant, quas Rhenus intersecat. Perpendenda sunt singul la verba diligenter. Dicit Caesar, *Boios* trans Rhenum sedes habuisse, non trans Danubium; deinde eosdem *Boios* ab *Heluetiis* ad se receperitos et pro sociis adjunctos esse. Si recepti sunt ab *Heluetiis*, eis ante coniunctissimos fuisse, oportet.“*

§. VIII. Non me fugit, Caesarem 1.) „concessisse, *Boios* petentibus Aeduis, quod egregia virtute erant cogniti, in finibus suis collucarent, quibus illi agros dederunt, quosque post ea in parem 2.) iuris

risch Stammenbuch a diligenti manu egregie auctum et continuatum. Huic iungas Oefelii Rerum Boicarum Scriptores duobus Tomis anno 1763. editos.

2.) Quarum potiores inuestigaron Meier de Boiorum Migrationibus Gotting. 1710. et Schoepflin in Vindiciis Celticis §. 51. 52. et 55. Sed tamen aliqua tenuis Cellarius Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. II. §. 87. Cap. VII. §. 18. 40. Cap. VIII. §. 68. Junker in Geogr. Med. Aeuui Part. II. Cap. I. p. 82. seqq. Spener Not. Vet. Germ. Lib. V. Cap. VI. §. 13. seq.

3.) German. Cap. XXVIII, 2,

§. VII. 1.) Ibidem.

§. VIII. 1.) Quorum fines peculiariter dissertatione descripsi.

2.) Ipso teste de Bell. Gall. Lib. I. Cap. V. extr.

3.) Praceunte Schwarzio Disp. de Noua Designatione Veteris Heluetiacae Finibus p. 18. seq.

4.) Ut testatur Suretonius in Caes. Cap. LVI.

§. VIII. 1.) Ipso teste de Bell. Gall. Lib. I. Cap. XXVIII. extr.

2.) Ni ex plurimis Mscptis, quorum excerpta in penu meo, malis partem.

3.) Ex

juris libertatisque conditionem, atque ipsi erant, receperunt.<sup>4.</sup> Inde factum, vt Lugdunensem Galliam incolerent. 3.) Hodie dicitur le Bourbonnois. 4.) Eorum oppidum erat Gergouia, 5.) in cuius nomine tamen libri 6.) disident, 7.) atque etiam Gorgobia scribitur. 8.)

§. X. Manetne autem ibi nomen, vt verbis utar Taciti, 1.) Boihemi, 2.) Boiihemii, 3.) Boiemi? 4.) His proxime accedit Boiohemum. 5.) Nec diuerteret multum Boiai<sup>μον</sup>, 6.) magis autem Boiai<sup>εων</sup> 7.) atque Boiai<sup>πον</sup>. 8.) Hinc 9.) μεγα εθνος οι Βαιους. Illa Cornelii verba in scriptura Bambergensi: *Manet adhuc Boii e munere nomen indicare videntur: 10.) Manet adhuc Boiaissimi e re nomen, vel Bayasnum e re, imo vt et possis Bayigimum scribere quasi Boiorum domum.* Melius dixisset 11.) *Boiorum patriam atque natale solum, quod vernaculum heim significat.* 12.) „Latere aliud videtur 13.) in scriptura Bambergensi: *Manet adhuc*

\* 3

,, Boiis

3.) Ex indicio Plinii Hist. Nat. Lib. III. Cap. XVIII.

4.) Schoepfino Vindic. Celt. §. 55. cui praeiuit Cellarius Not. Orb. Ant. Lib. II. Cap. II. §. 87. Iunkero in Introd. in Geogr. Med. Aeu. Part. II. Cap. I. p. 83. suffragante.

5.) Apud Caesarem de Bell. Gall. Lib. VII. Cap. VIII. extr.

6.) Quos excerpti, vt n. 2. indicaui.

7.) Quod disfidium non dissimulat Vossius ad Caesarem l. c.

8.) Julio Celfo Comm. de Vit. Iul. Caesaris p. 121. Graciano p. 97.

§. X. 1.) German. Cap. XXVIII, 4.

2.) Quae est scriptura mei codicis vt in Ernestianis Kappii. Ita et in margine editionis Frobenianae.

3.) Ea vero Hummeliani.

4.) Haec tamen typis exscriptorum ad vnum omnium a nobis pariter ac a Cel. Ernesti perlustratorum.

5.) Velleii Paterculi Hist. Rom. Lib. II. Cap. CVIII, 5.

6.) Strabonis Γεωγραφ. Lib. VII. p. 445. vett. librorum ex indicio Casauboni, qui eam lectiōnem veriore habet.

7.) Eiusdem Geographi manuscriptorū in margine Almeloueniana indi- catorum.

8.) Eiusdem in illius textu.

9.) Ptolemaei Γεωγραφ. τΦηγητ. Lib. II. Cap. XI.

10.) Lipsio ad flum Tacitum.

11.) Cluterio Lib. III. Cap. XXX. Germ. Antiq. proponente, imo, quot quot ista Corneliana illuſtrauere, Althamer, Kirchmaier, Vettero.

12.) Ut docuere Ecceard ad Leg. Franc. p. 6. Wachter Gl. Germ. Tom. I. v. *Heim* p. 692. Frisch in Lex. Germ. Latin. h. v. p. 436. Haltaus in Gl. Germ. Med. Aeu. Tom. I. h. v. p. 856. et iam ante Beatus Rhenanus, Althamer, Kirchmaier, Vetter ad Taciti German. Cap. XXVIII, 4.

13.) Lipsio ad Taciti German. Cap. XXVIII, 4.

14.) Iſti

,,Bois e munere nomen. Scribit is: Manet adhuc Boiasmi e re nomen vel Boiasnum e re, vel Boyaimum.“ 14.)

§. XI. Vbi vero illud? Eruamus id ex bello cum Maroboduo gesto. De hoc Velleius: 1.) „Sentio Saturnino mandatum, ut per Chatostos excisis continentibus Hercyniae filuis legiones Boiohoemum, id regioni, quam incolebat Marobodus, nomen est, ipse a Carnunto, qui locus Norici regni proximus ab hac parte erat, exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomannos orsus est.“

§. XII. Ea si cum Cornelianis nostris contendam, vereor, ne alter eorum in designando Boiohenu errauerit, aut duplex fuerit, aliud Velleianum, aliud Cornelianum. Quo pacto enim Boii Heluetiorum vicini simul tenerent regionem, quam incolebat Marobodus, cui nullus 1.) non Bohemiam, ut iam adpellatur, tribuit?

§. XIII. Illi Boii, qui ultra Heluetios agebant, mihi videntur magis atque magis se Pannoniam versus vertisse. Qua via 1.) enim Arauisci in Pannoniam „a Bois Germanorum natione aut Boii ab Arauiscis, in Germaniam commigrauerint, Tacitum 2.) incertum reddidit, cum eodem adhuc sermone, institutis, moribus vtantur.“

§. XIV. Noui quidem ad confluentes Aeni et Danubii in Norico Boiodorum, 1.) Boiodorum, 2.) paullulum corruptius Baiodurum 3.) forte

14.) Iste conjecturae addit Conringius: „Forte: Boieni e re nomen. Est tamen vulgata lectio sic satis tolerabilis.“

§. XI. 1.) Hist. Rom. Lib. II. Cap. CVIII, 7.

§. XII. 1.) Cluverius in Ant. German. Lib. III. Cap. XXX. Albinus Chron. Terr. Misn. p. 431. Pregizer de Regn. Gent. in Europa Princ. ex Suevis §. 26. in Wengelin Thes. Rer. Suev. Vol. I. p. 243. Cellarius in Not. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. §. 75. Junkerus in Introd. ad Geogr. Med. Aeu. Part. II. Cap. I. p. 83. et 103. Spenerus in Notit. German. Antiq. Lib. V. Cap. VI. p. 133. seqq. Gollanus de Bohemia Lib. I. Cap. III. §. 3. et quos ibi Schminkius in (ε) nominavit, item Erber in Notit. Bohem. Part. II. Cap. L p. 41. seq. Koeler de Maroboduo §. 3.

§. XIII. 1.) Qua exhibent mappae Claudianae Argentinae industria Ioannis Schotti 1513. presae ut et Traiecti ad Rhenum et Franequerae 1698. incisa Europae Tab. V. Bi, ut ego arbitror, pro Boii,

2.) German. Cap. XXVIII, 5. ut restituimus, cuius rationem reddimus ibi.

§. XIII. 1.) Ptolemaei ΓεωγραΦ. ΤΦηγησ. Lib. II. Cap. XIII. in Schoellis in Vit. S. Seuerini castigati, ut vide re est in Velseri Opp. p. 671.

2.) Antoniniani Itinerarii a Wesfelingio denivo editi p. 249. et Notitiae Dignitat. Imper. Occident. Ducis Pannoniae in Graeviano Thes. Antiq. Rom. Vol. VII. p. 1972, cum Panciroli Obseruatione ib. p. 1976.

3.) Auentini Annal. Boior. Lib. II. Cap. V. n. 22. Ptolemacum sequentis, ut sibi videtur,

4.) Ta-

forte Baioariam in mente habentis, vel oscitantis I. cum i permutato Bolodurum, 4.) Bolodorum, 5.) Boloderum, 6.) vel i negligentis Boedurum 7.) siue Bocodurum, 8.) contractius Boitorum, 9.) imo Boitrum. 10.) iam cum posterior huius adpellationis, ex quibus componitur, pars transitum per flumen significat; 11.) non potest non nostratum Passauii Aeno, qui vulgo In adpellatur, adposita pars Inſtad insignire. 12.) An vero Boii tum, cum Heluetii eos sibi adſcicerent, 13.) an reduces facti illud transierint, non dum liquet, 14.) atque cum maxime effecerint την Βοιων εργασιαν μεχετηνονοιων, 15.) id est, deserta Boiorum. 16.)

§. XV. Si ad mentem Cornelii Boios Heluetiis propiores velis, eorum vestigia adparuerint ad flumen, quod ex lacu Chiemensi exit, 1.) in Bidaio 2.) siue Bedao, 3.) Bidatio, 4.) Bodaio, 5.) Badaio, 6.) item Badaio. 7.) Sane 8.) Bii hic locoruin conspicuntur, qui sine dubio

4.) Tabulae Theodosianae siue Peutingerianae obſeruant Berto ad illam Velferi Operibus subiuncto p. 782.

5.) Quarundam membranarum Itinerarii n. 2. nominati inspectarum a Simlero et Surita.

6.) Alius ibidem, quod et in Scholiis ad S. Seuerini Vitam in Velferianis p. 671. fuit animaduersum, ut et a Pancirolo paulo ante excito, quibus addas Freinsheimum ad Flori Epitomen Rer. Rom. Lib. III. Cap. III, 18.

7.) Quo vtuntur Ptolemaei Βοιοδογον interpretantes, sed incepit, vt pronunciauit Meier de Boior. Migrat. p. 27.

8.) Quod a Birkeimero in Loc. per German. Explic. in Schardio de Reb. German. Tom. I. p. 208. siue Schardio rediuiuo Tom. I. p. 82.

9.) Suritae et Lazii in Scholiis illis Velferianis p. 671. vnde Wesfeling I. c.

10.) Vitae S. Seuerini Cap. XXII. pr. et illis ipsis Scholiis p. 671. non ignorante Wesfelingio.

11.) Cui demonstrando omnem mouit lapidem in meis Hermunduris Cap. II. Sect. II.

12.) Tantum non omnes agnoue-

runt, ex quibus saltem eos nominauerim, qui memoria mea sponte succurrunt, Birkeimer I. c. Cluuerius de Norico Cap. V. Wesseling I. c.

13.) Ut Cluuerius Norico Cap. V. putat iam ex Meieri antea nominati indicio.

14.) Quam item haud diremit Meier.

15.) Strabonis Lib. VII. p. 449.

16.) Plini Hift. Nat. Lib. III. Cap. XXIII. al. XXVII.

§. XV. 1.) Cellario in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. VII. §. 44. delineante.

2.) Vti potior librorum pars Antonini Itiner. Wesfelingio editore p. 236. 257. 258.

3.) In lapide CXLIX. Clasf. I. Reinesii Inscrip. Antiq. ad quem p. 174. multa, item in Tabula Peutingeriana III. a Scheibio procurata.

4.) Quoddam exemplar habebat a Surita inspectum.

5.) Ut aliud ab eodem et Tabula Peutingeriana a Velfero publici iuriſ facta p. 738.

6.) Ut hoc a Simlero.

7.) Ptolemaei Γεωγραφ. ΙΦηγησ. Lib. II. Cap. XIII.

8.) Ceu iam n. IV ad §. XIII obseruaui.

9.) Ex

dubio *Boii*. Id autem superesse voluerunt in Dietinaning, 9.) vel Burkhausen, 10.) imo potius in Baemburg u.) sive Baumburg ad confluentes Alazae et Kraunae. Num perperam opiner, coaliuisse illas loci appellations ex isto iam in scenam producto *Bii* pro *Boii* et, quod tam multis nominibus accreuit, *au* sive *ach*, *a*, quae insigniunt regi-  
nem, *quae adluitur fluuiis*, 12.) Fuisse autem situm ad fluum, iam de-  
monstratum fuit.

§. XVI. Quae cum ita sint, quae mora, quin vel ut postliminio  
redeant *Boii*, quos exhibent expressis singulis literis et, ut par est, cum  
meus tum Hummelianus codex? In his Cornelii mei 1.) verba ita flu-  
unt: „Sed vtrum Arauisci in Pannoniam a *Boii* Germanorum natione,  
„an *Boii* ab Arauiscis in Germaniam commigraverint, cum eodem fer-  
„mone, institutis, moribus vtantur, incertum est, quia pari olim in-  
„opia ac libertate eadem vtriusque ripae bona malaque erant.“ Illos  
*Boios* typi ad vnum omnes cum *Osis* commutarunt, atque auctori suo  
maculam contraxere non leuem. Sribit enim is alio loco: 2.) „*Osis*  
Pannonica lingua coarguit non esse Germanos.“ Haec cum istis  
conciliare existimat, qui tamen ipse fasus erat, 3.) esse „manifestam  
„contradictionem, 4.) nisi forte respectu domicilii h. l. Germani vo-  
centur, qui respectu originis Pannonii erant.“ Hac excusatione, quae re  
vera nulla est, iam supercedemus. Prisci voces non separantes scripserant  
ABOII. Sciolus oscitans sacernebat AB. Ei remanebat OII. Forte illi iam nominati *Osi* in mentem veniebant. Iam iidem huc trahe-  
bantur nulla vtriusque gentis habita ratione. Quod si vero A BOII  
a se in vicem auellas, nemo te accusabit temeritatis, cuius se reos red-  
dunt, qui vim 5.) inferunt auctioribus. Sed de hoc pluribus egi in Ta-  
citum de Situ, Moribus et Populis Germaniae, quem paro.

Hacc

9.) Ex Suritae indicio.

10.) Ex eiusdem.

11.) Quae illum locum occupauit ita  
censemibus Cluenerio in Norico Cap. V. et  
Reinesio l. c. adprobante Wesselingio.

12.) Quod pridem docuere linguae  
nostrarae peritisimi in scenam producti in  
meis Hermunduris Cap. III. Sect. II. Int.  
I. Part. I. §. 5. n. 27. quibus comitem  
dederis Wachterum Gl. Germ. Tom. I.  
p. 9. seqq.

§. XVI. 1.) German. Cap. XXVIII, 5.

2.) Nempe German. Cap. XXXXIII, 3.

3.) Dithmar ad priorem locum Cap.  
XXVIII, 5.


4.) De qua iam quesli erant, qui  
Tacitum illustrabant, Althamer, Kirch-  
maier, Vetter.

5.) De qua queritur criticorum mo-  
dellissimus ut sagacissimus Perizonius in  
Animadu. Histor. Cap. X. p. 429. seqq.  
ed. Harles.

Haec sint specimenis loco, quo pacto Taciti Germaniae exemplaria ego verso. Vindicabam autem huic, qui per aliquot secula fuere exsules, Boios, cum eorum Principis praeematurus obitus minatur flammarum, cui omnino cupimus mederi prius, quam vbi Europae potioris ruina restinguatur, et Musae iacturam faciant grauissimam. Tempori igitur inferuant, qui ab iis, penes quos est, veniam nocti, primus iam ante annum, reliqui nuperime a. d. VI. Cal. Aprilis ad altiora discedendi, reddituri ex Plisfeisi, quo spes variorum commodorum ac beneficiorum erga egenos inuitat, aliquando ad Rednitianum Parnasum cum Kleinio, qui commilitiones suos praegreditur, operam daturis prioribus tribus in Themidos, reliquis quinque in Eusebiae castris.

JOANNES NICOLAVS PRVCKNER amisit vix quinquennis puer patrem Christophorum Georgium nostratem ciuem zonarium. Inde venit in curam Oesterlini, qui liberis orbatus operam collocat haud mediocrem in aliorum educandis, quippe qui Vlma Sueorum olim delatus Curiam Regnitianam huic se adeo deuouit, vt praeter morem eius modi hominum non parcat sumtibus, et, quid quid facit ad urbem nostram, inuestigandi et comparandi flagret cupiditate. Quid mirum, eius alumnus ab infantia consueuisse patriam amare, et nobis praeeruntibus imo subministrantibus haurire atque conquirere res patrias? Ipse igitur expertus suis commilitonibus *historiam patriam mature in schola addiscendam* commendabit, qui iis omnibus palmam praeeripuit frequentius publice differendo potioribus, quibus nostri aei geniis gaudet, linguis. Erunt, qui meminerint, carmine Germanico in martinalibus anni 1513CCLXXIII. ostendisse D. Theodorum Morungerum plebanum Curiensem et indulgentiarum impugnatorem strenuum iam ante Lutherum ciuitatem nostram aliqua veritatis luce euangelicae collufrasse. Meminerint, eum inde tribus continuis annis sollennia natalicia OPTIMAE MATRIS PATRIAE celebrasse, semel ore Gallofrancorum laetatum concordia SERENISSIMORVM nostrorum DOMINORVM vel ut ex augurio concordiae ordinis a D. CHRISTIANO ERNESTO olim instituti, deinde carmine Latino excitantem Mineruae fautores ad gaudium de ineunte anno vitae SERENISSIMAE FRIDERICAE CAROLINAE, tertium prosa vernacula in memoriam audientium reuocantem propinquitatem affinitatemque, qua coniunctae sunt augustae domus Brandenburgica ac Saxonica cum regia

\*\*



*regia Britannica et ducali Brunsuicensi.* Meminerint carminis pri-  
tri, quo superiori anno in templo urbis primario Summo Numinis  
de conseruato gymnasio Albertofridericiano litauit, quod nobis  
ansam praebuit antiquitatem et nobilitatem gentis Prucknerianaæ  
in apricum ponere ex literis Ferdinandi II. Rom. Imp. a. 1623. datis,  
a me vel vt ex naufragio seruatis meoque Prucknero concessis.

JOANNES PHILIPPVS FRANK gaudet praecipuo, id est, Viro Prae-  
nobilissimo Ioanne Iacobo ordini equestris Curianæ prouinciae  
Consulente iuris peritissimo, vt pote qui hunc filium suum ex  
priori matrimonio natum a teneris vnguiculis imbuit optimis qui-  
busque praeceptis, quae ipsi sub initium muneris nostri dedimus.  
Nec, vt fit, deseruit eum, cum ante decem annos pueri liberalis  
indolis studia extra lares penatesque patrios proferenda erant,  
quin, quae publice didicerat, Pater curam suorum, vt par est, non  
negligens domi inculcaret et ad noua præpararet, quo ege-  
gio exemplo præmonitus iam quidem *stili elegantiam iuris practico*  
*de meliori commendabit.* Nec id demum heri aut nudiis tertius sibi  
persuasit industrios. Qua enim de causa Gallice et retundis set *calum-  
nias aduersariorum contra Lutherum* anno, quo in primam clas-  
sem receptus erat, 1510CCCLXXV. eiusdemque martinalibus, et  
anno inféquenti inquisiuitur, *cur disciplinae forma feminea colan-  
tur,* item Latine superiori anno *migrationes Francorum?*

MATTHIAS CHRISTIANVS OERTEL domi habet Patrem Virum  
Praenobilissimum eidem isti ordini equestri a Secretis, Ioannem  
Adamum, quem quadraginta abhinc annis aequo ad Themidos sa-  
cra ablegauimus et tamen in linguis orientis sua sponte ductu nostro  
se exercentem. Est autem adolescens alacris et erectus inter quin-  
que fratres, qui nomen suum apud nos profesi sunt, medius, et  
Curiani magistros non multum temporis post Frankium audire  
coepit. Quo successu et animo aperiet eius oratio, quae *oratoriis*  
*virtutibus nec adhuc iuris consultum super sedere posse docuerit,* qui  
cum Frankio quondam *nundinatoris indulgentiarum Tezelii impun-  
dientiam ligata oratione Germanica depinxerat, vt soluta ante an-  
num, quo pluribus praenominibus Christianorum sacris quispiam fuit  
initiatus, eo ubiorem fieri materiam auctorem omnis boni deuotissi-  
ma mente celebrandi reminiscens nominum SERENISSIMI PRIN-  
CIPIS AC DOMINI, DOMINI CHRISTIANI FRIDERICI  
CARO-*



CAROLI ALEXANDRI, cuius perennem salutem a Deo  
precabatur.

JOANNES CHRISTIANVS REINHART Frankii comes a prima aetate vel adhuc luget mortem festinatam Ioannis Petri, cuius iacturam fecit, cum oratorem vespertinum in aede Michaelis ageret. Hinc subsidiis studiorum destitutus spem tamen concepit fore, qui subleuent sua voluptate prae ceteris tractum ad pingendi artem, cuius utilitatem in rebus sacris rite instituae oratione Francogallica celebrabit, vt olim cum Frankio suo Latina pia desideria reformationis ante et circa tempora Lutheri, vt anno post patria natalis SERENISSIMAE MARCGRAFIAE ergo grates egit Summo Numini de matrimonio, quod domum Brandenburgicam inter et Saxoniam initum annales celebrant.

JACOBVS ADAMVS MULLER ab ipso Parente Viro Maxime Reuerendo Ioanne Adamo de coetu sacro, qui Kozaiae Superioris Christo congregatur, optime merente sub initium mei muneric impigro auditore deducebatur adolescens ingenuus paullo post, quam frater natu maximus Christianus Adamus Vir Clarissimus adierat in Mineruio nostro doctoris quarti prouinciam a. d. XII. Calendas Quintiles anno 1510CCLXXV. suscepitam. Vtriusque vestigiis laudatisimis quam bene insistat, documento erunt conumina Geneseos Capitis I. commata 3. et 14. inter se conciliandi, qui in martinalibus anni 1510CCLXXV. quae viam ad reformationem Lutheri munierant, et ante annum, quantum sit scholam cum academia commutare, semper, quia res ita poscebat, patro stilo exposuit,

GEORGIVS CHRISTIANVS PITTNER rupit, quas iniecerat casus ex superiori parte Patris, dum viueret, vrbis Consulis Amplissimi Ioannis Christiani aedium teneriori, moras singulari adtentione in praecpta nostra adeo, vt vel uno anno emetiretur stadium, quod in secunda classe conficiendum. Se cum ergo habitans iam quidem ostendet, quo longior quis progreditur in cognoscendo hoc uniuerso, eo scrius stimulatur ad animi demissionem sermone Latii prosaico, vt metrico Germaniae D. GEORGII PII Marchionis Brandenburgici constantiam in comitiis Augustanis in memoriam Martini anni 1510CCLXXVI. quo superioris auditorii doctores salutauerat, dum priori anno prosa Teutonica prudentiam Christianam in voix, quae saepe modum superant, ostendit.

\*\*\*

IOAN-



AKT 1486 X3063854  
VOR


JOANNES GOTTFRIED MEIXNER non passus est Parentis Georgii Friderici, qui ex metallis Neulini fodiendis vix ac ne vix quidem lucratur, quo vitam sustentet, duram paupertatem suamque aegritudinem, quam variolae, ut vocant medicorum recentiores, atrocissimae puero contraxerunt, a literis se abstrahi, ad quas animum ita intendit, ut intra quadriennium in tertio, secundo, primo ordine mereretur dignus stipendio Principis Musagetae aliorumque fautorum beneficiis. Talibus grates iam aget carmine Germanico post quam agnouit deuotissima mente singularem Dei prouidentiam in rebus aduersis, ore Graeciae, ut Latii res Lutheri domesticas in eius nominali anno ccccclxxvi. et in sequenti traduxit auditores ad admirationem rerum cum maxime Americanarum carmine Teutoniae.

JOANNES CASPARVS KLEIN a Patre Stephano Friderico Curiae nostrae iam ciue, tum Culmbaci, cum ei iste nasceretur, globulorum, quibus vestes conseruntur, consuendorum artifice probo, proxima necessitudine adtingit Celeberrimum Harlesium, quem adolescenti haud illeido ad imitandum proposuimus quauis data occasione, quam vero non subpeditant tot in rem literariam merita plane insignia? Fuit ergo, quod se accingeret ad studia tanto duce prosequenda. Fecit eius rei periculum in martinalibus anni ccccclxxv. tristissimam faciem coetus Christiani ante Lutherum adumbrans prosa Germanica ut colloquio Latino an deceat poetas Christianos Mineruam et Musas in auxilium vel ut Deos vocare obiturus, qua decet pietate, natalem SERENISSIMI DOMINI nostri CONIVGIS SERENISSIMAE. Iam suarum partium esse existimat per nouem annos et semestre in Curiana palaestra institutus, Deum precari, ut CLEMENTISSIMO patriae PATRI et, quos fuerit eius aula et vrbs nostra Musarum fautores, largissime refundat gratiam, fauorem, beneficia, carmine vernaculo.

ERDMAN WILHELM ALEXANDER WOLFRAM Foerbauensis breui prosa iis nostri athenaei hac tenus ciuibus precabiuur felicem itum redditumque, quo maioris momenti res, quam adgrediuntur, est.

Rector meditatur reliquias papales in templo Laurentiano olim primario obuias, quod ut exequatur, in manu Dei positum est.

B.I.G.



Farbkarte #13

Q.K.  
3937

ILm  
1486

Q. D. B. V

SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI  
DOMINI

CHRISTIANI. FRIDERICI. CAROLI  
ALEXANDRI

MARCGRAFII. BRANDENBURGI. DVCIS. PRVSSIAE

RELIQVA

INCOLUMEM, REDITVM. SVIS. EXOPTATISSIMVM

V O V E T

C V R I A N V M

OPTIMO. PRINCIPI

DEVOTISSIMVM

C V R A N T E

PROCERVUM. CIVIVM. Q. CVRIENSIVM

P I E T A T E

D. XXVIII. APRILIS. A. R. S. CCCLXXVIII

PRAEEVNTE. QVO. DECET. CVLTV

G Y M N A S I A . R E C T O R E

PAVLLO. DANIELE. LONGOLIO

P R O L V S I O N E

D E. BOIIS. CORNELIANIS

C V R I A E. REGNITIANE

LITERIS, IOANNIS, ANDREAE, HETSCHELII

BIBLIOTHECA  
PUNKAVIANA